

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Commirii E Societate Jesu Carminum Libri Tres**

**Commire, Jean**

**Lutetiæ Parisiorum, 1678**

Prosa Paschalis, Versibus Reddita, Ad C. V. Jacobum Gaudinum Doctorem  
Et Socium Sorbonicum, Canonicum Parisiensem. Ode X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14818**

*Alleluia.*

Nunc sonent plausus, tenerisque amicum  
 Gaudiis carmen, citharaque dulces;  
 Nunc superfluo tibi corda inundet  
 Amne voluptas.

*Quia quem me-  
rniſſi portare:  
Alleluia.*

Ille, qui rerum genitus parente  
 Se tuam gaudet sobolem vocari,  
 Morte io! pulsâ redit ad beatæ  
 Lumina vitæ.

*Resurrexit*

Ille ferali trabe quem refixum  
 Sub cavo condi moribunda faxo  
 Videras, io! domito reportat  
 Dite triumphum.

*Sicut dixit:  
Alleluia.*

Cerne, regali trabea renidens  
 Fulgure ut transit Zephyros curuli;  
 Seque miraclo probat esse vatem  
 Judice verum.

*Ora pro nobis.  
Alleluia.*

I, pete amplexus, licitoque amoris  
 Mater indulge. Sed enim tuorum  
 Sis memor, nec jam miseros clientes  
 Despice felix.

## PROSA PASCHALIS, VERSIBUS REDDITA.

AD C. V.

JACOBUM GAUDINUM  
 DOCTOREM ET SOCIMUM SORBONICUM,  
 CANONICUM PARISIENSEM.

## ODE X.

*Vidime paschali  
laudes immolent  
Christianis.*

MUNDI victima quæ nefas,  
 Fortis pro misera gente necem pati

Rivo sanguinis eluit,  
Illi nunc placitam Christiadæ immolent  
Puris cordibus hostiam;  
Votivaque litent laudis adorea.  
Io! carcere liberas  
Prædonis Stygii victor agens oves  
Agnus restituit gregi.  
Offensemque reis flecteret ut patrem,  
Poenas non sibi debitas  
Christus sponte sua pertulit innocens.  
Mirandi nova prælia  
Exurgit facies! cuspide mors fera  
Dum vitam insidians petit,  
Dux vitae moritur saucius: at sua  
Factus clade animosior,  
Mortem ictu perinit non medicabili.  
Dic nobis age Magdala:  
Solis nam rutilum præveniens jubar  
Sponsi reliquias tui  
Ardebas liquidis ungere odoribus:  
Quæ miracula cernere  
Vadentem attonito lumine contigit  
Vidi rupe sub avia  
Urnam virginei corporis hospitam,  
Nunc partæ nece gloriæ  
Æternum monumentum, & nihil aureis  
Regum molibus invidens.  
Tractavique manu lintea, fasciæ  
Et textum revolubilis:  
Lucem hausique novam, non sine cœlum  
Grato cum citharis choro,  
Plaudentum meritis regis honoribus.

*Agnus redemit oves.*

*Christus innocens patri reconcilivans peccatores.*

*Mors & vita duello confixere murando: dux vita mortuus regnat vivus.*

*Dic nobis Maria, quid vidisti in via.*

*Sepulcrum Christi viventis, & gloriam vidi resurgentis.*

*Angelicos testes sudarium & vestes.*

*Habebat hunc quisque suadentem obirem, inquit.*

*Surrexit Christus  
spes mea:*  
 Fidæ credite nuntiæ ,  
 Expertis oculis credite Magdalæ :  
 Spes & dulcis amor meus  
*Precedet vos in  
Galileam.*  
 Debellato Erebo Christus ovans redit ;  
 Et dudum Galilæa vos ,  
*Scimus Christum  
surrexisse à mor-  
tuis vere.*  
 Amplecti cupidus , sevocat in juga.  
 Christo nos quoque nobilem  
 Gratamur memores de Styge lauream ,  
 Victoremque fatemur ; &  
*Tu nobis vicer  
rex misere.*  
 Curru colla juvat subdere amabili.  
 Quod si te qua clientium  
 Tangit cura , Deus : si neque gratiam  
 Sperare immiserabiles  
 Versa mente vetas : aurea da super ,  
 Fracto servitii jugo  
 Laudes usque tuas tollere sidera .

AD SERENISSIMUM PRINCIPEM  
 HENRICUM LOTHARINGIUM,  
 HARCURIAE COMITEM .

*Cum is Cadomense Societatis Jesu collegium inviseret.*

*O D E X I.*

**H**ENRICE germane nobile Austrasiæ domus ,  
 Regumque mille ac Cæsarum :  
 Omnes licet stirps missa per mundi plagas ,  
 In scepta vivax pullulet ;  
 Cunctaque ramis regias felicibus  
 Aut firmet , aut umbrâ tegat .  
 Attamen alius gloria haud æque tumet ,  
 Tuo ac superbit nomine .